

CHAPITRE X.

Prophétie sur les maisons de Juda et d'Israël.

1. Demandez au Seigneur les dernières pluies, et le Seigneur fera tomber la neige, et il vous donnera des pluies abondantes; et il fera naître des herbes dans le champ de chacun de vous.
2. Car les idoles n'ont rendu que des réponses vaines; les devins n'ont eu que des visions trompeuses; les débiteurs de songes ont parlé en l'air; et ils donnaient de fausses consolations. C'est pourquoi il a été emmené comme un troupeau, et il a beaucoup souffert, parce qu'il était sans pasteur.
3. Ainsi ma fureur s'est allumée contre les pasteurs; et je visiterai les bœufs: car le Seigneur des armées a visité dans sa miséricorde la maison de Juda qui est son troupeau: il en fera son cheval de bataille.
4. C'est de Juda que viendra l'angle: c'est de lui que viendra le pieu: c'est de lui que viendra l'arc pour combattre; c'est de lui que viendront les intendants pour conduire les ouvrages.
5. Et ils seront comme de vaillants soldats, qui
1. Petite a Domino pluviam in tempore serotino, et Dominus faciet nives, et pluviam imbris dabit eis, singulis herbam in agro.
2. Quia simulacra locuta sunt inutile, et divini viderunt mendacium, et somnatores locuti sunt frustra; vane consolabuntur; idcirco abducti sunt quasi grex; affligentur, quia non est eis pastor.
3. Super pastores iratus est furor meus, et super hircos visitabo; quia visitavit Dominus exercituum gregem suum, domum Juda, et posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.
4. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul.
5. Et erunt quasi fortes conculcantes

CAP. X. — 1. *Petite a Domino.* Après avoir prédit la victoire des Machabées sur Antiochus et les Syriens, Zacharie voit et décrit la longue prospérité dont doit jouir Juda une fois sorti de cette épreuve.

4. *Ex ipso angulus.* C'est de Juda qu'est sorti le Christ qui est appelé la pierre angulaire. (Ps. CXVII, 22; Matth., XXI, 42; Marc., XII, 10; Luc., XX, 17; Act., IV, 11; I. Pet., II, 7). Sur le mot *paxillus* (Voy. dans Isafe, chap. XXII, notre note sur le vers. 24).

CAP. X. — 1. *In tempore serotino.* Duplex pluvia frequenter memoratur in Scriptura, temporanea et serotina. Temporanea est que tempestiva, id est, tempore sementis decedit mense octobri. Serotina, que sero, id est, adultis jam segetibus ad illas incrassandas, et ad maturitatem perducendas, mense aprili. Has monet ut petant non ab idolis, sed a Domino. — *Et Dominus faciet nives.* Post sementem petite a Domino ut tempore suo det vestris satis pluviam serotinam, et ipse, quippe benignus, votis vestris annuet, et non modo pluviam dabit, sed etiam nives in hieme, ut illis tegantur semina, et firmiores agant radices. Quam utiles sint nives in arvis post sementem, vide apud Plinium, lib. 17, c. 7. — *Pluviam imbris.* Pluviam copiosam et uberem. LXX, vertunt, *pluviam hiamalem dabit eis*: hiemalis enim est copiosa æque ac refrigerans. — *Dabit eis.* Pro, dabit vobis; est enallage personæ. — *Singulis herbam in agro.* Chaldaicus habet: *Ut det eis frumentum ad comedendum, et herbam jumentis in agro.*

2. *Quia simulacra locuta sunt inutile.* Petite a Deo imbres et fertilitatem quam muta simulacra præstare non possunt. — *Locuta sunt inutile.* Dæmones de rerum copia vel inopia consulti, per simulacra dant responsa inutilia, imo falsa et noxia. — *Divini viderunt mendacium.* LXX, *visiones falsas.* Chald., *divini prophetant falsitatem, et vane consolantur.* — *Et somnatores.* Est repetitio ejusdem sententiæ. Ita vocat divinos qui ex somniis divinabant, vel sua somnia pro oraculis venditabant. — *Vane consolantur.* In mediis peccatis prospera spondebant populo. Vide Ezechiel, 13, 9, 10. — *Idcirco abducti sunt quasi grex.* Judæi abducti sunt in captivitatem, quia divinatoribus hisce fidem accommodabant. — *Affligentur, quia non est eis pastor.* Ibi que afflicti sunt, et quasi præda Chaldaeis objecti; quia carebant vero pastore, qui eos doceret et tutaretur, et ab hisce superstitiosis erroribus abduceret.

3. *Super pastores.* Iratus sum falsis hisce pastoribus, qui gregem perdiderunt. — *Et super hircos visitabo.* Et puniam horum pastorum malos mores. Vocat hircos ob fetidos et damnatos mores, et quod hædos sibi similes verbo et exemplo gignerent. * In græco est, ἐπι τοῦ ἀμυνοῦ ἐπισκέψομαι, *super agnos visitabo*; juxta quam lectionem sensus erit: regibus et principibus excidium immisi; at populum premi quidem volui, sed non radicibus extirpare, ut aliquando videns se a regibus et principibus deceptum, divina ope in patriam rediret, et cauter esset in posterum. — *Quia visitavit Dominus... gregem suum.* Ut eum tueatur, et ex eo constituat duces qui eum propugnent: accipitur enim hoc verbum *visitandi* in bonum, ut patet ex sequentibus. — *Et posuit eos quasi equum gloriæ suæ.* Hi autem propugnatores et duces erunt quasi equi generosi Dei, ad bella pro populo strenue procedentes, et illius hostes profligantes. Tales fuerunt Machabæi, de quibus videtur hic esse sermo.

4. *Ex ipso angulus.* Ex ipso Juda, id est, ex gente Judæorum prodibit angulus. Porro angulus metaphoricè vocatur princeps, qui republicam fulcit. — *Paxillus.* Idem est quod angulus, sed alia dictum metaphora: princeps enim in republica idem est quod paxillus aut clavus fixus in pariete, ex quo arma, vasa, vel supellex suspenditur. Sic ex voluntate principis omnia pendent. — *Arcus prælii.* Prohibet fortitudo bellica, fortes milites et duces. — *Exactor.* Pagninus vertit, *præfectus*, qui scilicet a subditis militarem exigit disciplinam, aut a civibus vectigalia principi debita, quibus onera reipublicæ sustententur.

5. *Conculcantes lutum viarum in prælio.* Conculcantes hostium cadavera in prælio, ut lutum platearum. — *Ascensores equorum.* Hostes eorum, viribus suis et suo equitatu præfidentes.

lutum viarum in prælio; et bellabunt, quia Dominus cum eis; et confundentur ascensores equorum.

6. Et confortabo domum Juda, et domum Joseph salvabo; et convertam eos, quia miserebor eorum; et erunt sicut fuerunt quando non projeceram eos, ego enim Dominus Deus eorum, et exaudiam eos.
7. Et erunt quasi fortes Ephraim, et lætabitur cor eorum quasi a vino: et filii eorum videbunt, et lætabuntur, et exultabit cor eorum in Domino.
8. Sibilabo eis, et congregabo illos, quia redemi eos, et multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati.
9. Et seminabo eos in populis, et de longe recordabuntur mei et vivent cum filiis suis, et revertentur.
10. Et reducam eos de terra Ægypti, et de Assiriis congregabo eos, et ad terram Galaad et Libani adducam eos, et non invenietur eis locus.
11. Et transit in mari freto, et percuciet in mari fluctus, et confundentur omnia profunda fluminis, et hu-

dans la mêlée fouleront aux pieds l'ennemi, comme la boue dans les rues: ils combatront vaillamment, parce que le Seigneur sera avec eux; et ils mettront en désordre la cavalerie de leurs ennemis.

6. Je fortifierai la maison de Juda, et je sauverai la maison de Joseph, je les ferai revenir dans leur pays, parce que j'aurai compassion d'eux, et ils seront comme ils étaient avant que je les eusse rejetés: car je suis le Seigneur leur Dieu, et je les exaucerai.

7. Ils seront comme les braves d'Ephraïm; ils auront la joie dans le cœur, comme un homme qui a bu du vin; leurs fils les verront, et ils seront dans l'allégresse, et leur cœur tressaillira de joie dans le Seigneur.

8. Je les rassemblerai, en sifflant: parce que je les ai rachetés; et je les multiplierai comme auparavant.

9. Je les répandrai parmi les peuples; et ils se souviendront de moi dans les lieux les plus reculés: ils vivront avec leurs enfants; et ils reviendront en leur pays.

10. Je les ferai revenir de l'Égypte; je les rassemblerai de l'Assyrie; je les ramènerai dans le pays de Galaad et du Liban; et en si grand nombre qu'ils ne trouveront pas assez de place pour y demeurer.

11. Israël passera le détroit de la mer, le Seigneur en frappera les flots; les fleuves seront desséchés jusqu'au fond de leurs eaux; l'orgueil

6. *Et confortabo domum Juda.* Has reportabunt victorias, quia ego vires eis suggeram ad præliandum; idcirco difficile videri non debet quod polliceor. — *Et domum Joseph salvabo.* Domus Joseph sunt decem tribus, quarum caput fuit tribus Ephraim, filii Joseph. Dicit se salvaturum domum Joseph, quia multi ex decem tribubus se Judæis adjunxerant, ideoque ejusdem salutis et felicitatis participes futuri erant. — *Convertam eos.* A superstitione idolorum ad veram et patriam religionem. * Vel ab exilio ad proprios lares. — *Et erunt.* Tam Judæi quam reliqui Israëlites ad decem tribus pertinentes. — *Sicut fuerunt quando non projeceram eos.* Sicut fuerunt ante captivitatem Babylonicam et Assyriacam. — *Et exaudiam eos.* Propitius ero eis quicumque in re opus habuerint auxilio meo.

7. *Et erunt quasi fortes Ephraim.* Erunt quasi heroes Ephraim fortiter bellantes bella Domini. Tribus Ephraim inter cæteras erat fortissima. Hinc illud, Psal., 77, 9: *Filiis Ephraim intendentes et mittentes arcum, conversi sunt in die belli.* — *Et lætabitur cor eorum.* Propter frequentes victorias. — *Quasi a vino.* Ut illi lætantur, qui hausto generoso vino hilarerunt. — *Et filii eorum.* Filii, nepotes et posteri eorum cernent audientque patrum et avorum suorum trophæa, indeque exultabunt in Domino, et ad eandem gloriam æmulandam accendentur.

8. *Sibilabo eis.* Sibilabo eis evocabo, et congregabo velut oves in Jerusalem et in synagoga, et tempore Christi in Ecclesiam. — *Quia redemi eos.* Quia statui illos ab hostibus liberare et à captivitate demonum. — *Et multiplicabo eos.* Adducam eos ad eam multitudinem qua florebat antequam tot calamitatus et cladibus attriti minuerentur.

9. *Et seminabo eos in populis.* Non solum intra suos fines prospere agent, sed ad alias etiam gentes se conferent, et religionem veram, patriam, et avitam retinebunt, etiam versentur in longinquis regionibus. — *Et vivent cum filiis suis.* Non erit captivitas aut servitus que filios a parentibus separet. — *Et revertentur.* Et cum volent, patriam solum libere repetent.

10. *Ad terram Galaad et Libani.* In Judæam, cujus limites sunt Libanus et Galaad. — *Non invenietur eis locus.* Qui illos capere possit, tanta erit multitudo.

11. *Et transit in mari freto.* Alludit ad transitum maris Rubri. Sensus est: et difficultates obstantes superabunt divini auxilii beneficio, quemadmodum olim patres eorum mare Rubrum trajecerunt. — *Et percuciet in mari fluctus.* Ac si haberent virgam illam Mosis mirabilem electricam. — *Et confundentur omnia profunda fluminis.* Erubescet quodammodo Jordanis, cum sibi parendum esse videbit, sentietque aquarum suarum cursum inhiberi. — *Humiliabitur superbia Assur.* Comprimetur Assyriorum, Egyptiorum aliarumque inimicarum gentium superbia et potentia, ne populo meo nocere possint.

d'Assur sera humilié, et je ferai cesser la domination de l'Égypte.

12. Je les rendrai forts dans le Seigneur, et ils marcheront en son nom, dit le Seigneur.

CHAPITRE XI.

Zacharie prophétise l'incendie du temple par les Romains, et figure Jésus-Christ comme pasteur.

1. Ouvrez vos portes, ô Liban, et que le feu dévore vos cèdres.

2. Hurlez, sapins, parce que les cèdres sont tombés; ceux qui étaient si élevés ont été détruits. Faites retentir vos cris, chênes de Basan, parce que le grand bois qui était si fort a été coupé.

3. J'entends les voix lamentables des pasteurs qui se désolent, parce que tout ce qu'ils avaient de magnifique a été ruiné; j'entends les lions qui rugissent de ce que la gloire du Jourdain a été anéantie.

4. Voici ce que dit le Seigneur mon Dieu : Zacharie, paissez ces brebis qui étaient comme destinées à la boucherie.

5. Que leurs maîtres égorgaient sans aucune compassion, qu'ils vendaient, en disant : Béni soit le Seigneur : nous sommes devenus riches.

CAP. XI. — 1. *Aperi, Libane, portas tuas.* Saint Jérôme, et la plupart des interprètes conviennent que cette prophétie se rapporte à la ruine de Jérusalem et à l'incendie du temple par les Romains. Ces cèdres si élevés, cette forêt si forte, le Liban lui-même, c'est le temple, c'est Jérusalem; ces sapins, ces chênes de Basan, ce sont les autres villes de la Judée.

4. *Pasce pecora occisionis.* D'après l'ordre de Dieu, le Prophète se fait pasteur et devient ainsi la figure de Jésus-Christ, que son Père a envoyé se mettre à la tête de son troupeau, et remplacer les pasteurs infidèles qui laissent périr leurs brebis par leur négligence, et qui les empoisonnent par leurs doctrines perverses. C'est la mission que Jésus-Christ se donne lui-même dans l'Évangile : *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* (Matth., XV, 24).

12. *Confortabo eos in Domino.* Virtute Domini, auxilio meo. — *Et in nomine ejus.* Ego illis opem feram, ut possint totum iter suæ peregrinationis perficere, et ad Jerusalem, hoc est, ad Ecclesiam militantem, et tandem ad triumphantem in caelis pervenire.

CAP. XI. — 1. *Aperi, Libane.* Per Libanum templum intelligit ex cedris Libani confectum, et candore lapidum candicans ut Libanus candore nivium. Per Libanum autem et templum totam Jerusalem, de cujus excidio per Romanos hic loquitur propheta. — *Comedat ignis cedros tuas.* Principes civitatis (qui inter cives eminent, ut cedri inter reliquas arbores) consumerunt extrema hac urbis calamitate, quasi a quodam incendio. Summos principes et pontifices intelligit.

2. *Ulula, abies.* Per abietes intelligit præpositos, senatores et præfectos minores; quasi dicat : Ululate, senatores et magistratus minores, quia ceciderunt principes qui vos alebant et protegabant, ac proinde etiam vos manet excidium. Hoc est enim quod subdit, *quoniam magnifici* (id est, principes) *vastati sunt.* * Quomodo modum per cedros urbs Jerusalem, ita per abietes minora Judææ oppida significari possunt. Vastati autem dicuntur magnifici, quia qui magnifice habitabant, exuti sunt suis ædibus. — *Quercus Basan.* Per quercus Basan potentes et divites intelligit. * Vel idem significat quod modo per abietem. — *Saltus munitus.* Jerusalem, quam, in eadem persistens allegoria, arborum vocat saltum vel silvam, *succisus est*, pro succidetur.

3. *Vox ululatus pastorum.* Quasi dicat : videor mihi audire vocem gubernatorum populi ululantium. — *Magnificentia eorum.* Urbs et templum magnificentum. — *Vox rugitus leonum.* Quos vocavit pastores, vocat nunc leones, ob rapacitatem et crudelitatem, ut notavit D. Hieron. — *Vastata est superbia Jordanis.* Superbia eorum palatia, et villæ quas juxta Jordanem possidebant. * Vel Judæa tota et ejus gloria; solent enim annes pro regionibus nominari, ut Euphrates pro Babylone.

4. *Pasce pecora occisionis.* Sunt verba Dei ad Zachariam; quasi dicat : Ego te, Zacharia, constituo pastorem. Id est, prophetam, ut tuis hisce oraculis pascas, doceas et moneas Judæos de futuro excidio, ut mores emendent, atque ita cladem imminentem, effugere studeant. — *Pecora occisionis.* Judæos intelligit occisioni a Romanis quasi oves, et pecora destinatos. Vel appellat pecora occisionis, quia in eos, quasi in oves, impune grassabantur principes et pontifices; quod bene coheret cum sequentibus.

5. *Quæ qui possiderant.* Gubernatores et principes occidebant has oves, ut comederent, et vendebant, ut ditiores fierent. Vide Jerem., 23, 1. et Ezech., 34, 2. — *Et non dolebant.* Misericordia non tangebantur; vel non putabant se peccasse. LXX, *non agebant penitentiam.* — *Dicentes: Benedictus Dominus.* Quasi gratias Deo agentes, quod sine peccato ditati essent. — *Et pastores eorum.* Cum ipsi essent pastores, tamen eis non ignoscebant.

miliabitur superbia Assur, et sceptrum Ægypti recedet.

12. Confortabo eos in Domino, et in nomine ejus ambulabunt, dicit Dominus.

1. Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas.

2. Ulula, abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt; ululate, quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus.

3. Vox ululatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum; vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Jordanis.

4. Hæc dicit Dominus Deus meus : Pasce pecora occisionis,

5. Quæ qui possederant, occidebant, et non dolebant, et vendebant ea, dicentes : Benedictus Dominus, divites

facti sumus; et pastores eorum non parcebant eis.

6. Et ego non parcam ultra super habitantes terram, dicit Dominus : ecce ego tradam homines, unumquemque in manu proximi sui, et in manu regis sui; et occident terram, et non erunt de manu eorum.

7. Et pascam pecus occisionis propter hoc, o pauperes gregis! Et assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi Decorem et alteram vocavi Funiculum; et pavi gregem.

8. Et succidi tres pastores in mense uno, et contracta est anima mea in eis; siquidem et anima eorum variavit in me.

9. Et dixi : Non pascam vos; quod moritur, moriatur; et quod succiditur,

Et leurs propres pasteurs n'avaient que de la dureté pour elles.

6. Je ne pardonnerai donc plus à l'avenir aux habitants de cette terre, dit le Seigneur, mais je les livrerai tous entre les mains les uns des autres et entre les mains de leur roi; leur terre sera ruinée, et je ne les délivrerai point de la main de ceux qui les opprimeront.

7. C'est pourquoi, ô pauvres du troupeau! j'aurai soin de paître ces brebis exposées à la boucherie. Je pris alors deux houlettes, dont j'appelai l'une la Beauté, et l'autre le Cordon; et je menai paître le troupeau.

8. J'ai fait mourir en un mois trois pasteurs; et mon cœur s'est resserré à leur égard, parce que leur âme m'a été infidèle.

9. Et j'ai dit : Je ne serai plus votre pasteur : que ce qui meurt, meure; que ce qui est égorgé,

7. *Et pascam.* Le Prophète dit : Je vais obéir à l'ordre du Seigneur, et je vais faire paître ces brebis exposées à la boucherie. Ces brebis, ces pauvres du troupeau étaient les Juifs fidèles, ces vrais Israélites qui, avant que Jésus-Christ parût, gémissaient dans l'attente du pasteur unique que le Seigneur devait leur susciter, et qui se convertirent à la prédication des apôtres, donnant l'exemple des plus belles vertus et menant une vie pauvre et désintéressée. — *Duas virgas.* Ces deux houlettes marquent le double caractère du Christ qui est le bon Pasteur. L'une indique la beauté ou plutôt la douceur, pour marquer les grâces dont il combla son peuple; l'autre, le cordon, signifiait l'union qu'il avait voulu établir entre Israël et Juda.

8. *Et succidi tres pastores.* On pourrait entendre par ce mois de vengeance les trente dernières années de la république judaïque, pendant lesquelles Dieu enleva aux Juifs leurs prêtres, en abolissant le sacerdoce lévitique; les docteurs de la loi, en les abandonnant à leur sens répréhensible; leurs princes et leurs magistrats, en leur faisant perdre l'autorité qu'ils exerçaient. D. Calmet prend ce passage dans un sens plus déterminé. Il entend les trois souverains pontifes qui furent successivement déposés l'an 62 de l'ère vulgaire, huit ans avant la destruction du temple par les Romains. Ces pontifes furent Ismaël, fils de Phabée, Joseph, surnommé Cabai, et Ananus, fils d'Ananus. C'est le sens adopté par Bossuet, qui dit qu'il s'agit là de trois princes qui furent dégradés en un même mois; ce qui marque le commencement de la décadence et de la chute de la nation.

9. *Non pascam vos.* « Je ne vous gouvernerai plus », dit Bossuet, avec cette application particulière que vous aviez toujours éprouvée : je vous abandonnerai à vous-mêmes, à votre mal-

6. *Non parcam ultra.* Sed neque ego ignoscam pastoribus, quia subditos devoraverunt, neque illis pepercerunt. — *In manu proximi sui.* Hoc dicit propter seditiones quæ fuerunt in Jerusalem obsessa a Romanis de quibus Joseph, lib. 6, de bello Jud., c. 2; et lib. 6, c. 1 et 45. — *In manu regis sui.* Id est, Cesaris; ipsi enim dixerunt Joan., 19, 15 : *Non habemus regem nisi Cesarem.* — *Concident terram.* Vastabunt, scilicet Romani. Vatablus vertit, *conterent regionem ipsam.*

7. *Et pascam pecus.* Sunt verba Zachariæ suscipientis onus pascendi oves occisionis, quod illi, n. 4, fuerat impositum. — *Propter hoc, o pauperes gregis.* Supple, attendite ad ea quæ dicturus sum. Arias ita vertit : *Pascam oves occisionis propter vos, o pauperes gregis;* ut sensus sit : quia oves hæ sunt occisioni destinatae, et quia a Deo constitutus sum pastor earum, propter hoc pascam eas præsertim ut vos, o pauperes gregis, tum ab occasione immittente, tum e manu improborum pastorum vestrorum liberem. * Vel sensus est : instruum miseram plebem a rectoribus objectam tot cædibus ac malis egregio documento, quod jam sequitur, ut scilicet, et causam malorum intelligant, et sibi caveant. — *Et assumpsi mihi duas virgas.* Duos baculos pastorales, ut pastoris habitum æque ac officium assumerem. — *Unam vocavi Decorem.* Hebr., *noham*, quod est decor, species, jucunditas, gratia, amabilitas, suavitas, mansuetudo. Per hanc virgam significatur regimen amoris per consolationes, monitiones et beneficia, quod post tempora Zachariæ Deus exhibuit Judæis per Machabæos, et maxime per Christum. — *Et alteram vocavi Funiculum.* Per hanc significatur regimen durum per severas leges et edicta quibus populus quasi funibus colligatur, constringitur; et si peccet, flagellatur, vincitur, illaqueatur.

8. *Et succidi tres pastores in mense uno.* LXX, *auferam tres pastores in mense uno.* Videatur intelligere Judam, Jonatham et Simonem Machabæos fratres, quos Deus uno mense auferam, id est, intra triginta annos sustulit; sed sub his tribus posteros reliquosque populi principes usque ad Christum intelligit. Hi enim populum rexerunt uno mense, id est, exiguo tempore, virga decoris, et cum ea a Deo ob iniquitatem et rebellionem populi, præsertim dum Christo restitit, eumque occidit, succisi sunt; sed Zacharias, qui hic loquitur, dicit *succidi*, quia loquitur tanquam propheta et Dei vicarius. — *Et contracta est anima mea in eis.* Pre molestia et tristitia coarctata, et quasi contracta. LXX, *gravata est*; alii, *anima mea nau-seat in eis.* — *Anima eorum.* Id est, ipsi. — *Variavit in me.* In meo cultu et in legis meæ obedientia, aliquando me colentes et mihi parentes, aliquando a meo cultu et obedientia recedentes. Pagninus vertit, *et etiam anima eorum nauseavit in me.*

9. *Quod moritur, moriatur.* Non erit mihi curæ vestra salus; si qui discrimen mortis adhibent, per me moriantur; non ero sollicitus, ut olim, ut liberem eos. — *Succiditur.* Ab hostibus et cladibus quibus affligemini. — *Reliqui.* Qui his mortis generibus non consumerunt, mutuis suorum vulneribus conciantur et cadant.

soit égorgé; et que ceux qui échapperont du carnage se dévorent les uns les autres.

10. Je pris *alors* la houlette que j'avais appelée la Beauté; et je la rompis, pour rompre ainsi l'alliance que j'avais faite avec tous les peuples.

11. Cette alliance fut donc rompue en ce jour-là, et les pauvres de mon troupeau, qui me gardent la fidélité, reconnurent que cela était arrivé par un ordre du Seigneur.

12. Et je leur dis : Si vous jugez qu'il soit juste de me payer, rendez-moi la récompense qui m'est due : sinon, ne la faites pas. Ils pesèrent alors trente pièces d'argent pour ma récompense.

13. Et le Seigneur me dit : Allez jeter à l'ouvrier en argile, cet argent, cette belle somme qu'ils ont cru que je valais, lorsqu'ils m'ont mis à prix. Et j'allai en la maison du Seigneur les porter à l'ouvrier en argile.

heureuse destinée, à l'esprit de division qui se mettra parmi vous, sans prendre dorénavant aucun soin de détourner les maux qui vous menacent (*Discours sur l'Hist. univ.*, II^e Part., ch. X). » Ceci marquait la réprobation de la nation juive.

10. *Et absidi eam.* En rompant cette houlette, qui était le symbole de la douceur, le Seigneur indiquait qu'il donnerait un libre cours à sa justice, et qu'il traiterait ce peuple déicide comme il l'avait mérité.

12. *Triginta argenteos.* Trente sicles d'argent, ce qui valait environ 48 francs de notre monnaie. En rapprochant cette prophétie du récit de la passion dans l'Évangile (*Matth.*, XXVII, 9), on ne peut s'empêcher de reconnaître qu'il s'agit bien ici du Christ, qui fut vendu par Judas pour trente deniers, et dont le prix servit à acheter le champ d'un potier ou d'un sculpteur.

10. *Et tuli virgam meam.* Sustuli regimen hoc amoris et humanitatis, et huic contrarium induxi severitatis et rigoris. — *Ut irritum facerem fœdus meum.* Significat fœdus et regimen amabile et placidum quo Judæos regebat et reclusus erat, ob eorum rebellionem frangendum esse in morte Christi. — *Quod percussi cum omnibus populis.* Dicitur hoc fœdus percussum fuisse cum omnibus populis, quia omnes ejus participes esse poterant, si religionem Judæorum suscipere voluissent. Vel quia fœdus primo initum cum Noe, a quo omnes homines propagati sunt, traductum est ad Abraham et Judæos, et in illis permansit. * Vel tandem per omnes gentes duodecim tribus intelligit.

11. *In die illa.* Mortis Christi. — *Et cognoverunt sic.* Ex illa me gubernandi ratione cognoscent. — *Pauperes gregis.* Humiles et mansueti, apostoli scilicet et alii fideles. — *Qui custodiunt mihi.* Qui Dei voluntatem sequuntur, et præcepta mea servant in mei gratiam. — *Quia verbum Domini est.* Cognoscent hoc esse jussum et opus Domini, qui Judæos impios impune abire non sinit.

12. *Et dixi ad eos.* Ego, scilicet Zacharias, pastor ovium occisionis, de quo munere pastoralis diximus n. 4 et sequentibus. Memoria tamen retinendum quod supra monuimus, Zachariam typum gerere Christi pastoris, illumque representare. Hæc omnia dixit et gessit Zacharias non re ipsa, sed mentaliter et per visionem imaginariam. — *Si bonum est in oculis vestris.* Si vultis, si placet vobis. — *Afferre mercedem meam.* Reddito mihi mercedem aliquam pro cura pastoralis quam sustineo. — *Et si non, quiescite.* Si mercedem constituere non vultis, non cogo; neque enim vestra mercede, cultu, aut laude indigeo. Bene respondet italica phrasia : *Se non volete, lasciate stare.* — *Et appenderunt.* Non solum numerarunt pecuniam, sed in libra appenderunt, ut constaret an justum pondus haberet. — *Triginta argenteos.* Sicles; unus autem sicles quatuor juliiis romanis æquivalet. Dicitur Parisiis esse unus ex illis argenteis nummis quibus venditus est Christus, et esse ponderis tantum duorum juliorum. Credibile est sicles et semisicles cudi solitos, et illum nummum, qui est Parisiis, esse tantum semisiclum, qui simul cum aliis, partim integris sicles, partim semisicles, summam conficerent triginta argenteorum, hoc est, triginta sicleorum.

13. *Projice illud.* Zacharias pro munere suo pastoralis justum pretium postulabat, fidem nimirum et pietatem ex corde; sed pro eo datum est illi vile pretium, quod a Deo jussus est projicere ad statuarium. Sic Christus pro suo evangelizandi ministerio justum pretium postulavit, ut scilicet sibi crederetur, et ut Messias Dei que Filius haberetur; at illi pretio triginta argenteorum eum estimaverunt. Quemadmodum autem propheta indignatus projecit pretium, et eos qui illud dederant; ita Christus projecit Judæos, eosque tradidit Romanis vastandos. — *Ad statuarium.* Vox hebraica *fosser*, figulum significat, aut eum qui ex metallis confatis signa format. D. Hieronymus statuarium vocavit, ut significationem utramque complecteretur. Pagninus, Vatablus et alii *thesaurarium* vertunt; putant enim *fosser*, positum esse pro *otser*, que vox thesaurarium, id est, præfectum thesauri templi significat. Jubetur ergo Zacharias projicere argenteos ad conflatores, sive thesaurarium, ut illi qui metallum hoc, et ex eo formatas pecunias tractare solent, æstiment pretii hujus villitatem. Id vero jubetur facere propheta, ut ipso facto representet villitatem pretii quo Christus venditus est, que etiam pecunie summa in templum projecta est, et conversa in pretium agri figuli. * Vel sensus est : projice, tanquam rem nihili faciendam, ad figulinam, id est, ad æcerum vasorum confactorum. — *Decorum pretium.* Per ironiam dicitur; quasi dicat : Egrogium vero pretium quo operam meam et meipsum dignum putaverunt.

succidatur; et reliqui devorent unusquisque carnem proximi sui.

10. Et tuli virgam meam que vocabatur Decus, et absidi eam, ut irritum facerem fœdus meum quod percussi cum omnibus populis.

11. Et in irritum deductum est in die illa; et cognoverunt sic pauperes gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est.

12. Et dixi ad eos : Si bonum est in oculis vestris, afferre mercedem meam; et si non, quiescite. a Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. [a *Matth.* 27. 9.]

13. Et dixi Dominus ad me : Projice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatum sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, et projeci illos in domum Domini ad statuarium.

14. Et præcidi virgam meam secundam que appellabatur Funiculus, ut dissolverem germanitatem inter Judam et Israël.

15. Et dixit Dominus ad me : Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti.

16. Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, et contritum non sanabit, et id quod stat non entriet, et carnes pinguum comedet, et ungulas eorum dissolvat.

17. O pastor, et idolum, derelinquens gregem! gladius super brachium ejus, et super oculum dextrum ejus; brachium ejus ariditate siccabitur, et oculus dexter ejus tenebrensens obscurabitur.

14. Je rompis *alors* ma seconde houlette, appelée le Cordon, pour rompre ainsi l'union fraternelle qui liait Juda avec Israël.

15. Et le Seigneur me dit : Prenez encore toutes les marques d'un pasteur insensé.

16. Car je vais susciter sur la terre un pasteur qui ne visitera point les brebis abandonnées, qui ne cherchera point celles qui auront été dispersées, qui ne guérira point les malades, qui ne nourrira point les saines; mais qui mangera la chair des plus grasses, et qui leur rompra la corne des pieds.

17. O pasteur, ô idole, qui abandonnez le troupeau! l'épée tombera sur son bras et sur son œil droit, son bras deviendra tout sec, et son œil droit s'obscurcira et sera couvert de ténèbres.

CHAPITRE XII.

Prophétie contre les ennemis de Jérusalem. Le Seigneur répandra un esprit de grâce et de prières sur son peuple; ils pleureront celui qu'ils auront percé de plaies.

1. Onus verbi Domini super Israël. Dicit Dominus extendens cœlum, et fundans terram, et fingens spiritum hominis in eo :

1. Prophétie menaçante du Seigneur touchant Israël. *Voici ce que dit le Seigneur qui a étendu le ciel, qui a fondé la terre, et qui a formé dans l'homme l'esprit de l'homme.*

14. *Et præcidi virgam meam.* Cette seconde houlette était rompue, le cordon, le lien qui unissait Israël et Juda fut brisé. Ces deux fractions du peuple de Dieu se séparèrent. Israël, qui marque les Juifs endurcis, rejeta le Sauveur; et Juda, qui figure les Juifs fidèles, forma une nouvelle Eglise, l'Eglise du Christ dans laquelle entrèrent les Gentils.

17. *Tenebrensens obscurabitur.* Pour le punir, ajoute le P. de Carrières, du mauvais usage qu'il aura fait de la lumière et de la force qu'il aura reçues du Seigneur.

CAP. XII. — 1. *Onus verbi.* Les prophètes emploient cette expression pour indiquer une prophétie menaçante. D'après la Vulgate, cette prophétie serait contre Israël. D'après l'Hebreu, elle aurait pour objet les ennemis de la maison de Jacob. Cette double acception peut ici être admise, car il s'agit, selon la lettre, de la guerre d'Antiochus contre les Juifs; cette guerre fut une épreuve terrible pour Jérusalem; elle en sortit victorieuse, mais elle eut beaucoup à souffrir. Nous rappellerons que cette persécution d'Antiochus est, dans nos livres saints, l'image de la persécution que l'Antechrist doit exercer dans les derniers temps contre l'Eglise.

14. *Et præcidi virgam meam secundam.* Sicut n. 10, concidit priorem virgam suavis gubernationis, et secundam apprehendit severitatis; ita nunc etiam hanc præcidi, animadvertens se nec humanitate et blanditiis, nec asperitate et terroribus proficere, planeque permittit ut ingenio suo utantur, et in præceptis ruant. — *Ut dissolverem germanitatem.* Dissoluta est germanitas hæc a Romanis sub Tito, cum capta est Jerusalem, et Judæi alique Israëlites est decem tribubus Hierosolymis degentes, huc illucque dispersi et dissipati sunt, ut germanitatis vinculum, quod prius habebant, jam retinere non possent.

15. *Adhuc sume tibi.* Hactenus Zacharias egit pastorem sapientem et bonum; nunc ex adverso jubet illum Deus agere personam pastoris stulti et pravi. — *Vasa pastoris stulti.* Vasa sive instrumenta pastoris stulti, id est, scelerati, ea sunt que prorsus ejus emolumentis deserviant, ovibus autem nihil prosint, aut etiam noceant, ut baculus nodosus et gravis ad percutiendum, gladius aptus ad jugulandum, pera in qua cibum suum pastor reponat, nihil autem quod ovibus aut ad pastum aut ad medicamenta utile esse possit.

16. *Ecce ego suscitabo pastorem.* Pastor hic significat omnes perversos pontifices et principes, qui Judæos post tempora Zacharie rexerunt, aut pontificatum et principatum invaserunt, qualis fuit Jason, II. Machab. 5, et frater ejus Menelaus, eodem lib., c. 4, et alii hujusmodi. — *Derelicta non visitabit.* Oves nimirum fessas, claudicantes, errantes, dumetis implicitas, etc., non requirit. — *Contritum non sanabit.* Saucis aut contusis ovibus medicamenta non applicabit. — *Quod stat.* Sanas et integras oves. LXX, *integrum non diriget.* — *Ungulas eorum dissolvat.* Violento ictu baculi crura percuet, et ungulas excutiet.

17. *O pastor, et idolum!* O pastor, qui non es pastor, sed idolum et larva pastoris! — *Gladius super brachium ejus.* Vindicta Dei venit super brachium ejus, id est, super fortitudinem ejus. — *Et super oculum dextrum ejus.* Amittet omnem providentiam et omne sanum atque utile consilium in rebus administrandis; ita ut omnia que facere instituerat, in nihilum tandem recidant. — *Ariditate siccabitur.* Brachium gladio præcisum arescet, atque ita illi adimet omne robur et potentiam.

CAP. XII. — 1. *Onus.* Onerosa, tristis et funesta prophetia. — *Super Israël.* Contra Judæos. — *Extendens cœlum.* Qui tam potens est, ut cœlum quasi pellem aut velum quoddam super terram extenderit verbo suo. — *Fundans terram.* Stabiliens et collocans, ita ut immobilis sit. — *Fingens spiritum.* Formator animarum, ideoque creator et Dominus tam visibilium quam invisibilium.

2. Je vais rendre Jérusalem, pour tous les peuples d'alentour, comme la porte d'un lieu où l'on va s'enivrer. Juda même se trouvera parmi ceux qui assiègeront Jérusalem.

3. Mais en ce temps-là je ferai que Jérusalem sera, pour tous ces peuples, comme une pierre très-pesante : tous ceux qui voudront la lever en seront meurtris et déchirés : et toutes les nations de la terre s'assembleront contre cette ville.

4. En ce jour-là, dit le Seigneur, je frapperai d'étonnement tous les chevaux, et de frénésie ceux qui les montent ; j'aurai les yeux ouverts sur la maison de Juda, et je frapperai d'aveuglement les chevaux de tous les peuples.

5. Alors les chefs de Juda diront en leur cœur : Que les habitants de Jérusalem trouvent leur force dans le Seigneur des armées, qui est leur Dieu.

6. En ce jour-là je rendrai les chefs de Juda comme un tison de feu qu'on met sous le bois, comme un flambeau allumé parmi la paille : et ils dévoreront à droite et à gauche, tous les peuples qui les environnaient : et Jérusalem sera encore habitée dans le même lieu où elle a été bâtie la première fois.

7. Et le Seigneur sauvera les tentes de Juda, comme il a fait au commencement, afin que la maison de David ne se glorifie point avec faste en elle-même, et que les habitants de Jérusalem ne s'élèvent point contre Juda.

6. *Et devorabunt.* Les Machabées n'ont pas seulement eu la gloire de repousser Antiochus et les Grecs de Syrie, qui avaient voulu les opprimer et éteindre la religion judaïque, mais ils ont encore fait la conquête de l'Idumée et des pays qui entouraient la Judée.

2. *Ponam Jerusalem superliminare crapulae.* Ad litteram loquitur de Jerusalem arcata et afflicta ab Antiocho Epiphane ejusque asseclis, quos Judas et Machabei ceciderunt, et ita corruerunt. Sensus ergo est : hostes Jerusalem se putabant illam ingressuros victores ; sed faciam ut impingant, et quasi temulenti cadant, sibi que nocent potius quam illi, ut ebrii qui in limine, postibus * aut superliminari ostii impingunt et cadunt, et ad lapidem aliquem allisi caput frangunt aut cruciantur. — *Omnibus populis.* Judæis infestis. — *Sed et Juda.* Non solum gentiles Jerusalem impugnabunt, sed etiam Judæi perfidi et transfuge, et veræ religionis desertores, qualis Jason et Menelaus. Vide II. Machab., c. 4 et 5.

3. *Ponam Jerusalem lapidem oneris.* Omnes populi volent experiri suas vires in Jerusalem oppugnanda, sicut in urbibus Palestinæ et Judææ juvenes immanem lapidem tollunt in altum, quisque pro suis viribus, experiendi roboris causa. * Ita D. Hieronymus, et alii. — *Omnes, qui levabunt eam.* Necesse est, inquit D. Hieronymus, ut, dum levatur, in ipso nisu et elevatione ponderis, gravissimus lapis scissuram aliquam, vel rasuram in levantium corporibus derelinquat. Sententia ergo est : potius sibi quam Jerusalem noceant, qui illam oppugnabunt ; ut sibi nocent qui pondus subeunt, qui attendendo et ferendo pares non sunt. — *Et colligentur adversus eam omnia regna terræ.* Cum ita sit, tamen non erit populus qui alligando illam non persequatur. Verissime hoc dicitur de Ecclesia que ubique gentium concussa est, et aliquando persecutionem passa.

4. *Percutiam omnem equum.* Hostilem, puta Antiochi et Græcorum per Machabæos. — *In stuporem.* Ita ut omnes stupeant, qui eos percussos viderint. Vel ita ut ipsi equites præ stupore et pavore, quasi versi in amentiam, nesciant quo fugere, vel quid agere debeant. — *Apertiam oculos meos.* Ut illam benigne aspiciam et protegam. — *Et omnem equum.* Est repetitio et inculcatio ejusdem sententiæ. — *Cæcitate.* Stupore mentis, pavore, confusione et quadam amentia.

5. *Duces Juda.* Machabæi precabuntur Deum, ut animos et vires sufficiat Judæis ad impetum hostium frangendum.

6. *Sicut caminum ignis.* Zelo ardentis pro salute populi. — *Sicut faciem ignis.* Aliqui legunt faciem, sed in hebræo, *lappid*, que vox lampadem sive faciem significat ; sed sensus idem est : facies enim ignis est fax. — *Habitabitur Jerusalem.* Quæ prius fuerat civibus suis viduata. — *In Jerusalem.* In eodem situ et loco ubi prius fuit.

7. *Salvabit Dominus tabernacula Juda.* Divina virtute fiet ut domus et cives Juda ad hostibus tuti servantur. — *Sicut in principio.* Ut olim faciebat Deus, cum suavi et forti sua indulgentia et providentia populum tuebatur. — *Ut non magnifice gloriatur domus David.* Ut Jerosolymite ac præsertim posteris David nequaquam gloriari possint, id eorum opera accidisse ; videbunt enim mirabili Dei auxilio factum esse. — *Et gloria habitantium Jerusalem.* LXX habent, *et elatio habitatorum Jerusalem*, scilicet magnifice non gloriatur. — *Contra Judam.* Contra Judeos in minoribus oppidis aut in vicis habitantes.

2. Ecce ego ponam Jerusalem superliminare crapulae omnibus populis in circuitu ; sed et Juda erit in obsidione contra Jerusalem.

3. Et erit : In die illa ponam Jerusalem lapidem oneris cunctis populis ; omnes qui levabunt eam, concisionem lacerabuntur ; et colligentur adversus eam omnia regna terræ.

4. In die illa, dicit Dominus, percutiam omnem equum in stuporem, et ascensorem ejus in amentiam ; et super domum Juda aperiam oculos meos, et omnem equum populorum percutiam cæcitate.

5. Et dicent duces Juda in corde suo : Confortentur mihi habitatores Jerusalem in Domino exercituum Deo eorum.

6. In die illa ponam duces Juda sicut caminum ignis in lignis, et sicut faciem ignis in feno ; et devorabunt ad dexteram, et ad sinistram omnes populos in circuitu ; et habitabitur Jerusalem rursus in loco suo in Jerusalem.

7. Et salvabit Dominus tabernacula Juda, sicut in principio ; ut non magnifice gloriatur domus David, et gloria habitantium Jerusalem contra Judam.

8. In die illa proteget Dominus habitatores Jerusalem, et erit qui offenderit ex eis in die illa quasi David ; et domus David quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu eorum.

9. Et erit in die illa ; quæram contere omnes gentes quæ veniunt contra Jerusalem.

10. Et effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem, spiritum gratiæ et precum ; a et aspiciet ad me, quem confixerunt ; et plangent eum planctu quasi super unigenitum, et dolebit super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. [a Joan. 19. 37.]

11. In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, a sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. [a II. Par. 35. 22.]

12. Et plangent terra ; familiæ, et familiæ seorsum ; familiæ domus David seorsum, et mulieres eorum seorsum.

13. Familiæ domus Nathan seorsum, et mulieres eorum seorsum ; familiæ

8. En ce jour-là le Seigneur protégera les habitants de Jérusalem : et alors le plus faible d'entre eux sera fort comme David ; et la maison de David paraîtra à leurs yeux comme une maison de Dieu, comme un ange du Seigneur.

9. En ce temps-là je travaillerai à réduire en poudre toutes les nations qui viendront contre Jérusalem.

10. Et je répandrai sur la maison de David et sur les habitants de Jérusalem un esprit de grâce et de prières ; alors ils jetteront les yeux sur moi, qu'ils auront percé de plaies ; et ils pleureront avec larmes et avec soupirs ; comme on pleure un fils unique ; ils seront pénétrés de douleur, comme on l'est à la mort d'un fils aîné.

11. En ce temps-là il y aura un grand deuil dans Jérusalem, tel que fut celui d'Adadremmon dans la plaine de Mageddon.

12. Tout le pays sera dans les larmes, une famille à part, et une autre à part : les familles de la maison de David à part, et leurs femmes à part ;

13. Les familles de la maison de Nathan à part, et leurs femmes à part ; les familles de la maison

8. *Quasi David et domus David quasi Dei.* Dans le sens littéral, ceci s'applique aux Machabées, comme le fait Ménochius ; mais dans un sens plus élevé, il s'agit ici de l'Eglise et de la transformation des Apôtres après la descente du Saint-Esprit. Celui qui avait paru faible et timide dans la cour du grand-prêtre Caïphe, Pierre, parut au milieu du Sanhédrin fort et intrépide comme David. Les Apôtres, enfants du véritable David, furent revêtus d'un courage tout divin, jusqu'à trouver leur joie dans les affronts et les souffrances, et ils devinrent, par l'abondance de leurs lumières et l'éminence de leurs vertus, plus semblables à des anges du Seigneur, qu'à des hommes (Act., VI, 15).

9. *Contere omnes gentes.* Le Seigneur prend l'engagement de briser tous les peuples qui s'élèveront contre son Eglise, elle subsistera et ils seront réduits en poudre.

10. *Spiritum gratiæ et precum.* C'est cet esprit que Dieu répandit sur les premiers fidèles de Jérusalem (Act., II, 41-47), et qui n'a cessé d'être au milieu de son Eglise pour lui inspirer la charité, la piété, qui ont toujours fait sa gloire et sa force. — *Quem confixerunt.* On a voulu faire rapporter ces paroles littéralement à Judas Machabée qui fut tué par les ennemis. Mais les Pères de l'Eglise les ont toujours entendues, même dans leur sens littéral, de Jésus-Christ. — *Et plangent eum.* De quelle douleur ne furent pas pénétrés les Juifs fidèles, lorsqu'ils entendirent saint Pierre leur dire : *Vous avez mis à mort l'auteur de la vie* (Act., II, 37, et III, 14-19).

11. *Sicut planctus Adadremmon.* Ce deuil était devenu proverbial. Voyez sur l'événement qui en avait été la cause (IV. Reg., XXIII, 29 ; II. Par., XXXV, 22-25).

13. *Familiæ domus Nathan seorsum.* C'était la coutume, chez les Juifs, que dans les jeûnes solennels et dans les prières publiques, les hommes et les femmes fussent séparés.

8. *Qui offenderit.* In hebræo est, *qui infirmus fuerit.* — *Quasi David.* Erit fortis quasi David. — *Et domus David.* Et principes Juda qui erunt ex posteris David, scilicet Machabæi. — *Quasi Dei.* Admirabili quadam et divina fortitudine præditi erunt. — *Sicut angelus Domini.* Principes in Machabæi erunt quodammodo cum angelis conferendi in fortitudine, providentia et regimine populi. — *In conspectu eorum.* Judæorum civium, et commilitonum suorum, et hostilium etiam copiarum.

9. *Quæram contere.* Semper mihi curæ erit contere.

10. *Et effundam.* Assurgit ad Christum more prophetarum. Per Christum super Ecclesiam copiam effundam Spiritus sancti, quo grata mihi sit, et ea faciat quæ mihi placita sunt. — *Et precum.* Spiritum orationis, ut nunquam sibi confidat, sed in omnibus confugiat ad Dei auxilium, illudque per supplicem orationem obtineat. — *Et aspiciet ad me, quem confixerunt.* Est prophetia de Christo in cruce confixo, ut patet ex Evangelio S. Joan., c. 19, n. 37, ubi hoc testimonium citatur. Loquitur autem de Judæis qui Christum in cruce aspexerunt, præsertim iis qui ei compassi sunt, de quibus dicitur, Luc., 23, 48 : *Et omnis turba, etc., percussit pectora sua revertebantur.* — *Plangent eum.* Passionem et mortem ejus. Hucusque locutus est Christus de se in prima persona ; nunc vero loquitur propheta de eodem in tertio. — *Quasi super unigenitum.* Luctu magno, qualis esse solet cum lugetur unigenitus, aut primogenitus, qui erant columnæ totius familiæ.

11. *Sicut planctus Adadremmon.* Adadremmon urbs est juxta Jezrahel in campo Mageddon, ubi mortuus est Josias ; sicut planxerunt olim Judæi Josiam regem optimum a Pharaone cæsum in campo Mageddon ; ita in die illa fideles plorabunt indignam Christi necem.

12. *Terra, Juda.* — *Familiæ et familiæ.* Singulæ familiæ. * Seorsim etiam viri cum viris, et mulieres cum mulieribus. — *Familiæ domus David seorsum.* Aliqui ex domo et gente Davidica, et beate Virginis et Christi consanguinei, qui erant ex familia David.

13. *Familiæ domus Nathan.* Inter proavos Christi S. Lucas, c. 3, n. 31, Nathan numerat. Vel ergo significat hujus Nathan nepotes luxisse ; vel per posteros Nathan prophète significat prophetas, hoc est, viros pios et religiosos qui orationi, meditationi et divinis laudibus va-

de Lévi à part, et leurs femmes à part; les familles de la maison de Séméï à part, et leurs femmes à part;

14. Et toutes les autres familles, chacune à part, et leurs femmes à part.

CHAPITRE XIII.

Fontaine ouverte dans Jérusalem. Passion du Christ.

1. En ce jour-là il y aura une fontaine ouverte à la maison de David et aux habitants de Jérusalem, pour y laver les souillures du pécheur et de la femme impure.

2. En ce jour-là, dit le Seigneur des armées, j'abolirai de la terre les noms des idoles; et il n'en sera plus de mémoire: j'exterminerai de la terre les faux prophètes et l'esprit impur.

3. Si quelqu'un entreprend encore de faire le prophète, son père et sa mère, qui lui auront donné la vie, lui diront: Vous mourrez, parce que vous vous êtes servi du nom du Seigneur pour débiter des mensonges. Et son père et sa mère qui lui auront donné la vie le perceront eux-mêmes, pour avoir ainsi prophétisé.

4. En ce jour-là chacun de ses prophètes qui auront inventé des prophéties, sera confondu par sa propre vision: ils ne se couvriront plus de sacs pour donner de l'autorité à leurs mensonges:

5. Mais chacun d'eux dira: Je ne suis point prophète: je suis un homme qui laboure la terre, dès ma jeunesse, à l'exemple d'Adam.

CAP. XIII. — 1. *Erit fons patens*. Cette fontaine dont parlent aussi Ezéchiel (XLVII, 1 et suiv.) et Joël (III, 18), peut être également considérée comme une image du baptême qui efface toutes les iniquités des hommes.

cabant; hi enim phrasi Scripturæ filii prophetarum appellantur, IV. Reg., 2, 3, et alibi. — *Familia domus Levi*. Eadem etiam hic quadrat explicatio; nam inter majores Christi in genealogia ejusdem, Luc., c. 3, n. 24; Levi numeratur Christi proavus. Vel per Levi significantur pii aliqui levitæ et sacerdotes, qui Christi mortem luxerunt, quales fuisse probabile est cognatos Zachariæ, patris sancti Joannis Baptistæ, et alios qui vinculo propinquitatis Christum attingebant, aut qui in illum credebant. — *Familia Semei*. Loco citato, Luc., 3, 26, Semei inter progenitores Christi numeratur; horum ergo nepotes Christum luxerunt. Alii intelligunt per Semei vel Sammai discipulos, hoc est, scribas aliquos et doctores qui Sammai magistrum et doctorem habuerunt, ut tradit divus Hieronymus in hunc locum, et quæst. 10. ad Algasiam, et Isa., c. 8.

14. *Omnes familiae reliquæ*. Aliæ etiam familiae luctus hujus erunt participes; nam Christus plurimis vivens benefecerat, ideoque par est credere multos in illius nece doluisse.

CAP. XIII. — 1. *In die illa*. Cum videbunt Christum in cruce confixum. — *Erit fons patens*. Christus qui factus est fons quidam sanguinis ad humani generis peccata ablucenda: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat*. Joan., c. 7, n. 37. — *Peccatoris et menstruatæ*. Ad ablucendas quaslibet peccatorum maculas et sordes. Alludit ad aquas expiationis Numer., 19, 11, quibus immunditia et menstruo, morticinio, etc., tollebat.

2. *Disperdam nomina idolorum*. In prædicatione Evangelii cessaverunt oracula, pseudoprophætæ, et spiritus immundi ex corporibus ejecti sunt apud Judæos et gentiles.

3. *Et erit*. Tanta religione Deum colent, ut si falsus doctor surrexerit, eum vel sui parentes configant, et de medio tollant.

4. *Confundentur prophætæ*. * Idem pseudoprophætæ cum viderint non recipi suas prophetias et sua dogmata, sed se potius contumeliis et plagis affici, etiam a suis. — *Nec operientur pallio saccino*. Pagninus et Vatablus, *pallio piloso*, id est, cilicino ex pilis contexto. Hujusmodi palliis utebantur prophætæ. Sensus est: non utentur pallio prophetali ad mentiendum, et ad decipiendum populum.

5. *Adam exemplum meum*. Scilicet agriculturæ; quasi dicat: Imitor Adam qui terram collebat. * Vel sensus est, juxta Chaldæum: *homo aliquis docuit me a puertita*; ita ut Adam non sit nomen proprium primi parentis generis humani.

domus Levi seorsum, et mulieres eorum seorsum; familiae Semei seorsum, et mulieres eorum seorsum.

14. Omnes familiae reliquæ, familiae et familiae seorsum, et mulieres eorum seorsum.

1. In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris, et menstruatæ.

2. *a* Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum: Disperdam nomina idolorum de terra, et non memorabuntur ultra; et pseudoprophætæ, et spiritum immundum auferam de terra. [a *Ezech.* 30. 13.]

3. Et erit, cum prophetaverit quispiam ultra, dicent ei pater ejus et mater ejus, qui genuerunt eum: Non vives; quia mendacium locutus es in nomine Domini; et configent eum pater ejus et mater ejus, genitores ejus, cum prophetaverit.

4. Et erit: In die illa confundentur prophætæ; unusquisque ex visione sua cum prophetaverit, nec operientur pallio saccino, ut mentiantur.

5. Sed dicit: Non sum propheta, homo agricola ego sum; quoniam Adam, exemplum meum ab adolescentia mea.

6. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.

7. Framea suscitare super pastorem meum, et super virum coherentem mihi, dicit Dominus exercituum; a percute pastorem, et dispergentur oves; et convertam manum meam ad parvulos. [a *Matth.* 26. 31. *Marc.* 14. 27.]

8. Et erunt in omni terra, dicit Dominus; partes duæ in ea dispergentur, et deficient; et tertia pars relinquetur in ea.

9. Et ducam tertiam partem per ignem, et uram eos sicut uritur argentum, et probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, et ego exaudiam eum. Dicam: Populus meus es, et ipse dicet: Dominus Deus meus.

6. Alors on lui dira: D'où viennent ces plaies que vous avez au milieu des mains? Et il répondra: J'ai été percé de ces plaies dans la maison de ceux qui m'aimaient.

7. O épée, réveille-toi; viens contre mon pasteur, contre l'homme qui se tient toujours attaché à moi, dit le Seigneur des armées; frappe le pasteur, et les brebis seront dispersées; et j'étendrai ma main sur les petits.

8. Il y aura alors dans toute la terre, dit le Seigneur, deux partis qui seront dispersés, et qui périront: et il y en aura un troisième qui demeurera.

9. Je ferai passer ces derniers par le feu, où je les épurerai comme on épure l'argent, et je les éprouverai comme on éprouve l'or. Ils m'appelleront par mon nom, et je les exaucerai: je leur dirai: *Vous êtes mon peuple*; et chacun d'eux me dira: Seigneur mon Dieu.

CHAPITRE XIV.

Prise et rétablissement de Jérusalem.

1. Ecce venient dies Domini, et dividentur spolia tua in medio tui.

1. Les jours du Seigneur vont venir, et l'on partagera vos dépouilles, au milieu de vous.

6. *Et dicetur ei*. Le P. de Carrières lie ce verset aux précédents par cette transition: Alors paraîtra le vrai Pasteur et le vrai Prophète; mais au lieu d'être bien reçu des siens, ils le couvriront de plaies. C'est pourquoi on lui dira, etc. — *In domo eorum qui diligebant me*. Cette maison était le peuple Juif qui attendait le Messie, qui l'aimait, mais d'une manière charnelle, et c'est ce qui les a égarés jusqu'à les rendre déicides.

7. *Percute pastorem*. Jésus-Christ a fixé lui-même le sens de cette prophétie en l'appliquant à sa passion et à la dispersion de ses disciples. Ils sont ces faibles et ces petits sur lesquels Dieu promet d'étendre sa main; ce qu'il fit après sa résurrection par l'action de l'Esprit qui les réunit et les transforma.

8. *Et tertia pars relinquetur in ea*. Après la mort de Jésus-Christ, au commencement de la prédication de l'Évangile, il y eut dans le monde trois partis: les Juifs, les Gentils et les Chrétiens. Les Juifs furent dispersés, les Gentils périrent, et les Chrétiens furent sauvés; mais ils passèrent avant leur triomphe par le feu des persécutions qui les éprouva comme l'or dans le creuset.

CAP. XIII. — 1. *Ecce venient dies Domini*. Le début de cette prophétie peut s'entendre de la persécution des guerres d'Antiochus Epiphane, comme le fait Ménochius, ou de la guerre des Romains contre les Juifs sous Vespasien et Titus, comme le suppose D. Calmet.

6. *Et dicetur ei*. Post digressionem de pseudoprophætis redit Zacharias ad Christum. — *Quid sunt plagæ istæ?* Quasi dicat: Quomodo, cum sis fons benignitatis, et homines institutas ad salutem, video plagas clavorum in manibus tuis? — *In domo eorum, qui diligebant me*. In populo illo in quo multos habere solebam, aut debebam qui diligebant me. LXX, *in domo dilecti mei*, scilicet populi mei.

7. *Framea suscitare*. Alii vertunt, *denudare, o gladio*; alii, *excitare, o gladio*. Est imperativus pro futuro. Sensus est: gladius denudabitur, id est, Judæi Christum ad necem usque persequentur, et tandem occident. Significat Dei decretum de Christi morte futura, ex prævisa et permissa a se Judæorum malitia. — *Pastorem meum*. Christum Ecclesie pastorem. — *Cohærentem mihi*. Conjunctum mihi et cœqualem, quatenus Deus est. — *Percute pastorem*. Percutietur pastor; sinam eum comprehendit, et in cruce agi. Locum hunc de se ipso explicat Christus, Matth., 26, 31. — *Dispergentur oves*. Fugient præ timore discipuli. — *Convertam manum meam ad parvulos*. Non deseram discipulos meos humiles et pauperes, sed eos iterum ad me vocabo post resurrectionem. Vel sensus est: percusso Christo capite, percussam etiam membra, permittens discipulos et fideles ejus variis modis vexari, ut sub capite spinis horrido non sint membra delicata. * Percussam pastorem et etiam agnos parvulos, id est, recens ad Christum conversos.

8. *Partes duæ*. Judæi et gentiles. — *Dispergentur, et deficient*. Veram salutem non consequentur, vel numero minuentur, deficiente judaismo et gentilismo. — *Tertia pars relinquetur*. Populi christiani, qui magno numero succrescet.

9. *Ducam tertiam partem per ignem*. Hunc populum salvandum exercebo et probabo variis tribulationibus, ut fiat quasi aurum mundum. — *Vocabit nomen meum*. Invocabit me, quia credet in me, et a me solo omnis generis bona expectabit.

CAP. XIV. — 1. *Dies Domini*. Cum Jerusalem capiatur ab Antiocho Epiphane, Deo Judæis irato, et eorum peccata hac clade plectente. — *Dividentur spolia tua*. Spolia detracta Judæis in media Jerusalem a militibus Antiochi dividentur.

2. J'assemblerai tous les peuples pour combattre Jérusalem : la ville sera prise, les maisons seront ruinées, les femmes seront violées ; la moitié de la ville sera emmenée captive ; et le reste du peuple ne sera point chassé de la ville.

3. Le Seigneur paraîtra ensuite, et il combattra contre ces nations, comme il a fait quand il a combattu.

4. En ce jour-là il posera ses pieds sur la montagne des Oliviers, qui est vis-à-vis de Jérusalem, vers l'Orient : et la montagne des Oliviers se divisant en deux par le milieu, du côté de l'Orient et du côté de l'Occident, laissera une fort grande ouverture, et une partie de la montagne se jettera vers le Septentrion, et l'autre vers le Midi.

5. Alors vous fuirez à la vallée qui se sera formée entre ces deux montagnes, parce qu'elle sera proche ; vous fuirez, dis-je, comme vous avez fait au tremblement de terre qui arriva sous le règne d'Ozias, roi de Juda : et alors le Seigneur mon Dieu viendra, et tous ses saints avec lui.

6. En ce temps-là on ne verra point de lumière ; mais il n'y aura que froid et gelée.

4. *Super montem Olivarum.* Quel que soit le sens littéral qu'on adopte, que ce soit celui de Ménochius ou de D. Calmet, il est nécessaire, pour comprendre le Prophète, de s'avancer plus loin et de voir ici une de ces prédictions qui regardent l'Eglise et Jésus-Christ, et qui atteignent jusqu'à la fin des temps.

6. *Sed frigus et gelu.* Ce froid et cette gelée sont la figure des tribulations des Juifs sous les Machabees, ou sous les Romains, ou des tribulations que l'Eglise éprouve et qu'elle éprouvera lorsqu'elle arrivera à la fin des temps, à la veille du grand jour de l'éternelle félicité

2. *Omnes gentes.* Exercitum Antiochi ex variis gentibus conflatum. — *Egredietur media pars civitatis in captivitatem.* Ita factum est. ut constat ex II. Machab., 5, 14. Non tamen media pars exacte et arithmetice intelligenda est, sed moraliter; quasi dicat: Una pars civium egredietur in captivitatem, altera in urbe remanebit. — *Reliquum populi non auferetur ex urbe.* Quia dedit se Antiocho.

3. *Egredietur Dominus.* Excitans quodammodo zelum et potentiam suam contra Antiochum et gentes. — *Praeliabitur contra gentes.* Per Machabæos. — *In die certaminis.* Scilicet in die illius, cum demersit Aegyptios in mare Rubrum, Exod., c. 14.

4. *Stabunt pedes ejus in die illa super montem Olivarum.* Descendet Deus cum suis angelis in montem Oliveti, ut ex eo propugnet Jerusalem, et profliget copias Antiochi. Sub hoc typo, sublimiori sensu, significatur Christus Deus, factus homo, staturus et versaturus in monte Oliveti in quo discipulos docuit, oravit, et ex quo ascendit ad cælum. Miscet enim Zacharias typo antitypum, et ad Christum mente fertur, de quo hic quædam dicuntur, et de ejus Ecclesia, angustiora quam ut temporibus Machabæorum convenire possint. — *Scindetur mons Olivarum.* Videtur hoc factum tempore Machabæorum de quibus hic sermo, licet in Machabæorum historia non narretur. * Ita scissus est mons multa humo egesta, ut magna ejus pars hiaret, et humus comportata partim ad oppugnanda aquilonaria, partim ad oppugnanda australia templi. Aliqui tradunt montem Olivarum tempore judicii scindendum, ut fiat planities in qua excipiantur judicandi, vel ut aperiat vorago que damnatos absorbeat. Sensu sublimiori mons Oliveti, id est, Ecclesia scissa est, cum ibi a Christo ascendente jussi sunt apostoli ire in mundum universum, et Evangelium prædicare omni creature. — *Prærupto grandi valde.* Magna voragine patefacta.

5. *Fugietis ad vallem montium eorum.* Ribera ait manifestum esse mendum, et omnino legendum *montium eorum*, ut constat ex hebræo et ex LXX, multisque antiquis et recentioribus interpretibus, et ex translatione que est apud divum Hieronymum, atque ex ejusdem commentariis. Sensus ergo est: cum scindetur mons Oliveti, fugietis ad vallem montium eorum, id est, in vallem Mello, sive Tyropæi, que interjacet inter montem Sion et montem Moria; hi enim sunt montes mei, quia in Moria habeo meum templum, in Sion vero arcem David. — *Quoniam conjungetur vallis montium.* Pagninus et Vatavus ex hebræo vertunt, *pertinget vallis montium*, id est, vallis, sive vorago facta ex montis scissione pertinet usque ad proximum, etc. — *Montium.* Dicit montium in plurali, quia post scissionem jam erunt plures montes. — *Usque ad proximum.* Aliqui vertunt, *usque ad separatim*, scilicet a terræ motu, ideoque securum locum. Aliqui retinent hebræicam vocem *Atsal*, quasi sit nomen proprium loci. — *Sicut fugistis.* Ea trepidatione, celeritate et turba qua fugistis a terræ motu qui contigit tempore Osie, de quo vide dicta, Amos., c. 1, n. 1. — *Veniet Dominus Deus.* Praeliaturus pro Judeis per Machabæos contra Antiochum, eumque prostriturus. — *Omnesque sancti.* Angeli. Sensu sublimiori significatur descensus Christi ad iudicium extremum.

6. *Non erit lux.* Allegoria tenebrarum denotatur tempus calamitatis et afflictionis Judæorum in persecutione Antiochi. Dies etiam iudicii erit dies afflictionis et tenebrarum peccatoribus, qui etiam evadere non poterunt; nam omnia illis obtenebrescent, eritque fuga illorum impedita, ut tempore hiemis cum luto et glacie vice fœdæ sunt. Sic dicitur, Matth., 24, 20: *Orate autem ut non fiat fuga vestra hieme, vel sabbato.*

2. Et congregabo omnes gentes ad Jerusalem in prælium, et capietur civitas, et vastabuntur domus, et mulieres violabuntur; et egredietur media pars civitatis in captivitatem, et reliquum populi non auferetur ex urbe.

3. Et egredietur Dominus, et præliabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die certaminis.

4. Et stabunt pedes ejus in die illa super montem Olivarum, qui est contra Jerusalem ad Orientem; et scindetur mons Olivarum ex media parte sui ad Orientem, et ad Occidentem, prærupto grandi valde; et separabitur medium montis ad Aquilonem, et medium ejus ad Meridiem.

5. Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam conjungetur vallis montium usque ad proximum; et fugietis a sicut fugistis a facie terræ motus in diebus Osie regis Juda; et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo. [a Amos. 1. 4.]

6. Et erit in die illa: Non erit lux, sed frigus et gelu.

7. Et erit dies una que nota est Domino, non dies neque nox; et in tempore vesperis erit lux.

8. Et erit in die illa: Exibunt aquæ vivæ de Jerusalem; medium earum ad mare Orientale, et medium earum ad mare novissimum, in æstate et in hieme erunt.

9. Et erit Dominus Rex super omnem terram; in die illa erit Dominus unus, et erit nomen ejus unum.

10. Et revertetur omnis terra usque ad desertum, de colle Remmon ad austrum Jerusalem; et exaltabitur, et habitabit in loco suo a porta Benjamin usque ad locum portæ prioris, et usque ad portam Angulorum; et a turre Hananeel usque ad torcularia regis.

11. Et habitabunt in ea, et anathema non erit amplius; sed sedebit Jerusalem secunda.

8. *Exibunt aquæ vivæ.* Ces eaux vives ne peuvent bien s'entendre que de la doctrine évangélique qui fut répandue dans le monde entier par les Apôtres, et c'est à ces eaux vives que fait allusion cette fontaine ouverte au milieu de Jérusalem dont parle Zacharie (chap. XIII, 1). — *In æstate et in hieme.* L'hiver et l'été embrassaient toute l'année, c'est ce qui fait que cette expression peut signifier tout le cours des siècles.

7. *Et erit dies una.* Tempus persecutionis. — *Que nota est Domino.* Quod tempus et ejus acerbitas nota est Domino. — *Non dies neque nox.* Tempus illud non videbitur esse dies, quia obscurum erit et mostum propter tyranni sævitiam, et tamen non erit nox, quia qui eo tempore vivent, haurient hanc solis lucem et claritatem. * Neque lætitiæ diei habebit, neque noctis quietem. — *Et in tempore vesperis erit lux.* Ad vesperam erit lux, id est, ad finem hujus calamitosi temporis solvetur hoc nubilum, et lucem prosperitatis afferent Machabæi reipublicæ Judaicæ.

8. *Exibunt aquæ vivæ de Jerusalem.* Videtur hoc ad litteram intelligendum de aquis fontanis, aut artificio canalium in Jerusalem inductis, et deinde extra civitatem emissis; Machabæi enim fontis et aqueductus civitatis ad commoditatem et ornatum videntur instaurasse. Sensu sublimiori per has aquas designatur evangelica doctrina que erumpit ex Ecclesia, ut totus orbem irriget. Isa., 11, 9, dicitur: *Repleta est terra scientia Domini sicut aquæ maris operientes.* — *Medium earum.* Pars earum. — *Ad mare orientale.* Respicit mare Mortuum, nimirum fons Silos, fons Rogel, fons Draconis, torrens Cedron et probatica piscina. — *Ad mare novissimum.* Altera pars respiciebat mare Mediterræneum versus occidentem, ubi erat fons Gihon, isque duplex; superior et inferior. — *In æstate et in hieme erunt.* Hæ aquæ perennes erunt, nec unquam deficient, ne in summo quidem estu.

9. *Et erit Dominus rex super omnem terram.* Vix hoc Machabæis convenit et eorum tempori, apte vero Messie et Ecclesiæ: nam Christus, conversa ad fidem gentilitate, regnum suum per totum orbem propagavit. Si de Machabæis tantum intelligamus, per omnem terram intelligemus tantum terram Judæam. — *Nomen ejus unum.* Non enim audientur nomina idolorum sed tantum nomen veri Dei.

* 10. *Revertetur omnis terra.* Judæi qui in persecutione Antiochi huc et illuc fugerant, revertentur ad patrias sedes. In hebræo est, *circumdabitur omnis terra velut planities*, et sensus esse potest: omnis terra aquis illis fontanis, quarum mentio facta est, circumdabitur ac rigabitur ac si esset planities. * Vel circumquaque habitabitur. — *Usque ad desertum.* Inclusive. Id est, æque ac desertum; in hebræo est, *sicut et desertum*; quasi dicat: Quemadmodum etiam revertentur qui ad deserta loca confugerant ut saluti et securitati suæ consulerent. — *De colle Remmon.* In Hebr., ut etiam apud LXX, est, *a Gabaa ad Remmon ad austrum Jerusalem.* Sensus est: revertentur ex colle, sive ex Gabaa, qui erat limes aquilonaris regni Juda, usque ad Remmon, qui erat alter Judæ limes ex parte australi; quasi dicat: Judæi dispersi ad extremos regni limites redibunt in patriam. Vel certe Gabaa et Remmon, ponuntur pro loco eodem, ut sint terminus aquilonaris; constat enim ex libro Judicum, c. 20, 47, petram Remmon non longe abuisse a Gabaa. Vide quæ diximus I. Reg., 14, 2; quasi dicatur: A Gabaa et Remmon, qui terminus est aquilonaris, et usque ab ultimis finibus australibus ejusdem regni Juda, redibunt in patriam. — *Et exaltabitur.* Jerusalem, tam domibus et muris quam fama et gloria. — *Et habitabit in loco suo.* Loco pristino reedificabitur, ibique quiete, secure et hilariter populus deget, nullos hostes metuens. — *A porta Benjamin.* Que erat in ea parte civitatis quæ Bezeta dicitur. Porro Bezeta, quam aliqui Cœnopollim vocant, id est, novam civitatem, pars erat Jerusalem de novo addita, et novo muro circumdata, veteri non diruta. — *Usque ad locum portæ prioris.* Ubi erat prius porta Benjamin, antequam adderetur Bezeta. — *Usque ad portam Angulorum.* Quam Villalpandus in typo Jerusalem constituit in angulo, qui partem muri occidentalem et aquilonarem conjungit. — *A turre Hananeel.* Quæ erat ultima civitatis veteris; indeque coepit augeri civitas, adjecta Bezeta. — *Usque ad torcularia Regis.* Quæ erant in adversa parte remotissima, hoc est, in monte Sion, in quibus vinum regum exprimebatur.

11. *Anathema non erit amplius.* Hebr., *cherem*, id est, excisio, succisio, occisio; amplius non excindetur, nec vastabitur Jerusalem.

7. Mais il y aura un jour connu du Seigneur, qui ne sera ni jour ni nuit : et sur le soir de ce jour-là la lumière paraîtra.

8. En ce temps-là il sortira de Jérusalem des eaux vives, dont la moitié se répandra vers la mer d'Orient, et l'autre vers la mer d'Occident : et elles couleront l'hiver et l'été.

9. Le Seigneur sera alors le Roi de toute la terre. Il n'y aura en ce jour-là que lui de Seigneur : son nom seul sera révéré.

10. Tout le pays sera habité jusque dans les lieux les plus déserts : depuis la colline, jusqu'à Remmon, qui est au midi de Jérusalem. Jérusalem sera élevée en gloire, et elle occupera le lieu où elle était d'abord, depuis la porte de Benjamin jusqu'à l'endroit où était l'ancienne porte, et jusqu'à la porte des Angles, et depuis la porte d'Hananéel jusqu'aux pressoirs du roi.

11. Et Jérusalem sera habitée; elle ne sera plus frappée d'anathème, mais elle se reposera dans une entière sûreté.

12. Voici la plaie dont le Seigneur frappera toutes les nations qui auront combattu contre Jérusalem. Chacun d'eux mourra tout vivant, et verra son corps tomber par pièces : leurs yeux pourriront dans leur place naturelle, et leur langue séchera dans leur palais.

13. En ce temps-là le Seigneur excitera un grand tumulte parmi eux : l'un prendra la main de l'autre, et le frère mettra sa main sur la main de son frère.

14. Mais Juda combatta aussi lui-même contre Jérusalem, et il se fera un grand amas de richesses de tous les peuples d'alentour, d'or, d'argent et de toutes sortes de vêtements.

15. Les chevaux et les mulets, les chameaux et les ânes, et toutes les bêtes qui se trouveront alors dans leur camp, seront frappés de la même plaie.

16. Tous ceux qui seront restés de tous les peuples qui auront combattu contre Jérusalem, y viendront chaque année pour adorer le souverain Roi, le Seigneur des armées, et pour célébrer la fête des Tabernacles.

17. Alors si dans les maisons du pays il se trouve quelqu'un qui ne vienne point à Jérusalem adorer le Roi et le Seigneur des armées, la pluie du ciel ne tombera point sur lui.

18. S'il se trouve des familles d'Égypte qui n'y montent point et n'y viennent point, la pluie ne tombera point aussi sur elles, mais elles seront enveloppées dans la même ruine dont le

14. *Sed et Judas pugnabit.* Dans la guerre des Romains, il y eut aussi des dissensions intestines qui armèrent les Juifs les uns contre les autres. Mais ce qui est dit dans les versets suivants n'est pas applicable à cette guerre comme à celle d'Antiochus.

16. *Festivitatem Tabernaculorum.* C'était une de ces trois grandes fêtes solennelles que les Juifs étaient obligés de célébrer à Jérusalem en mémoire des 40 années qu'ils avaient passées dans le désert.

12. *Tabescet caro uniuscujusque.* Non peribunt ferro, sed lenta tabe et invisibili morbo consumerunt hostes Jerusalem, ut viventes et ambulantes se mori sentiant. Accidit hoc Antiocho, II. Machab., 9, 5. — *Oculi ejus contabescunt.* Introrsum condentur, emaciato corpore et vultu. — *Lingua eorum contabescet.* Arescet, et loquendi vim amittet.

13. *Tumultus Domini.* A Domino excitatus. — *In eis.* Hostibus Machabeorum et fidelium. — *Et conseretur manus.* In Hebr., est, et ascendet manus ejus super manum proximi sui. Et videtur esse sensus : tantus erit hostium tumultus, ut in se invicem versi manus conferant, mutisque vulneribus se conficiant. Vel, tanta erit trepidatio, ut metu exanimés, conserti inter se, ut fit in pavore, quilibet apprehendat proximi sui manum, quod hac ratione se tutiores credituri sint, naturali quadam apprehensione ad id incitante.

14. *Sed et Judas.* Multi Judæi partim ex metu partim ex improbitate, spe opum et honorum jungent se Antiocho, et pugnabunt contra Jerusalem et Machabeos. Vide supra, c. 12, n. 2. — *Et congregabuntur divitiæ.* Nimirum ex spoliis hostium. Sic ad litteram spoliis Nicanoris aliorumque Antiochi ducum et copiarum, ditavit se suosque Judas Machabæus. II. Machab., 8, 27.

15. *Et sic erit ruina equi.* Sicut dixi n. 12, cædendos homines, et ruituros eos qui erunt cum Antiocho, ita idem judicium de equis et mulis eorum.

16. *Omnes qui reliqui fuerint.* E strage prælii. — *Ascendent ab anno in annum.* Singulis annis. Id factum ab eis qui post has victorias ad judaismum conversi sunt. Verum quia hi non multi fuerunt, plenius conveniunt quæ hic dicuntur christianis, qui frequentant templa, et saltem singulis annis Eucharistiæ sacra mysteria participant. — *Festivitatem Tabernaculorum.* Quæ erat una ex maxime illustribus festivitatis legis antiquæ. Christiani per desertum hujus vitæ festinant, et in terra civitatem permanentem non habentes, ita dirigunt vitæ suæ cursum, ut ad cœlestem patriam pervenire possint, habituri in ea stabilem æternitatis sedem.

17. *Non erit super eos imber.* Qui ad templum non venerit in Jerusalem statis temporibus, agrorum ariditate et sterilitate mulcabitur. Loquitur autem de Judæis, quod indicant verba illa de familiis terræ, scilicet Judææ; nam de gentilibus statim loquitur. Spirituali vero sensu, omnes qui ad Ecclesiam venire noluerint, arescent et peribunt, ut pereunt sata quæ de cœlo non irrigantur. Non veniet super eos imber Spiritus sancti et gratiæ.

18. *Quod et si familia Ægypti.* Si familia gentium, quæ affixerunt Ecclesiam, noluerint venire, non erit super eas imber. * Vel per familias Ægypti intelligit Judæos qui erant in Ægypto, et eo iverant cum Onia, et ibi templum excitarant, de quibus Josephus, lib. 13, c. 6, Antiquitatum judaicarum, et de Bello, lib. 7, c. 37.

12. Et hæc erit plaga, qua percuetur Dominus omnes gentes quæ pugnaverunt adversus Jerusalem; tabescet caro uniuscujusque stantis super pedes suos, et oculi ejus contabescunt in foraminibus suis, et lingua eorum contabescet in ore suo.

13. In die illa erit tumultus Domini magnus in eis; et apprehendet vir manum proximi sui, et conseretur manus ejus super manum proximi sui.

14. Sed et Judas pugnabit adversus Jerusalem, et congregabuntur divitiæ omnium gentium in circuitu, aurum, et argentum, et vestes multæ satis.

15. Et sic erit ruina equi, et muli, et cameli, et asini, et omnium jumentorum, quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc.

16. Et omnes qui reliqui fuerint de universis gentibus quæ venerunt contra Jerusalem, ascendent ab anno in annum, ut adorent Regem, Dominum exercituum, et celebrent festivitatem Tabernaculorum.

17. Et erit : qui non ascendet de familiis terræ ad Jerusalem, ut adoret Regem, Dominum exercituum, non erit super eos imber.

18. Quod et si familia Ægypti non ascenderit, et non venerit; nec super eos erit, sed erit ruina, qua percuetur Dominus omnes gentes quæ non ascen-

derint ad celebrandam festivitatem Tabernaculorum.

19. Hoc erit peccatum Ægypti, et hoc peccatum omnium gentium quæ non ascenderint ad celebrandam festivitatem Tabernaculorum.

20. In die illa erit quod super frenum equi est, sanctum Domino; et erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari.

21. Et erit omnis lebes in Jerusalem et in Juda sanctificatus Domino exercituum; et venient omnes immolantes, et sument eis, et coquent in eis; et non erit mercator ultra in domo Domini exercituum in die illo.

19. *Hoc erit peccatum Ægypti.* Le péché de l'Égypte et de toutes les nations infidèles est de ne pas croire en Jésus-Christ et de ne pas venir dans ses églises pour y célébrer les fêtes du Seigneur. Nul n'entrera dans le ciel, dit la Bible de Venise, s'il n'a célébré sur terre la fête des Tabernacles, c'est-à-dire, s'il n'a vécu dans son corps comme dans une tente et sur la terre comme un étranger.

21. *Non erit mercator.* Tous ceux qui y viendront, dit le P. de Carrières, le reconnaîtront pour leur Dieu et entrèrent dans son temple avec le respect et la vénération qu'ils lui doivent.

19. *Hoc erit peccatum Ægypti.* Pœna peccati.

20. *Quod super frenum equi est.* Intelligit pretiosa ornamenta franorum, et cum his phaleras cæterasque manubias, quas Deo et ejus templis principes et duces christiani consecrabunt. — *Lebetes.* Lebetum usus erat in coquendis carnibus victimarum Deo immolatarum. — *Quasi phialæ.* Magna in templo copia erat phialarum, quia mutiplex earum usus, verbi gratia, ad adolendum thymiam, ad libamina vini, etc., ad excipiendum sanguinem victimarum. Quare in templi supellectile plures solebant esse phialæ quam lebetes. Dicit ergo propheta tantum fore gentium concursum in Jerusalem ad sacrificandum in festo Tabernaculorum, ut lebetum, in quibus coquendæ sunt victimæ, tanta futura sit copia, quanta phialarum alio tempore esse solet. Sic in Ecclesia Christi maxima est sacrificiorum frequentia, et calicum, thuribulorum, cæterorumque sacrorum vasorum supellex copiosa.

21. *Et erit omnis lebes.* Tanta erit immolantium multitudo, ut ex omni Jerusalem et Judæa certatim afferantur lebetes in quibus carnes victimarum coquantur, ac deinceps lebetes illi, quasi jam victimis illis sanctificati, in usum templi remanebunt, eruntque Deo et templo consecrati. — *Non erit mercator.* Hebr. et LXX, non erit Chananæus, id est, omnes eandem sequentur religionem. Noster interpres vertit, mercator, quia Chananæi mercaturam exercere solebant, et in sacris Litteris pro eodem aliquando accipitur Chananæus et mercator; ut cum dicitur Proverb., 31, 24 : *Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum tradidit Chananæo.* * Vel sensus est : non emetur hæc vasorum supellex a mercatoribus, sed templo a piis viris dono dabitur.

